

Illis Princeps, Spectabilis ac Magnifici Domini, Dni gratiosi,
 Illri Celsi & Magni V. paratissima sunt obsequia et obseruantia
 nra studia. Cumq; hostis Moscus conuerso itinere, ea etiam
 loca, arces et Vrbes, quae in medio Prouinciae sita sunt, hostili
 exercitu petat, Wolmaria expugnata, Wenda uero iam archis,
 sine obsessa, eaq; de causa, nos arci Dunemuindensi nobis Vicinae
 ne porro recta eo tendat, ~~metuentes~~ metuentes, Rogauimus Capita-
 neum Petrum Grodouski, ut ad arcem maius firmandam,
 plures nrorum praesidiariorum reciperet. Sed respondit
 id sibi inscijs Celsi & Magni V. interum non esse & ab
 iisdem a nobis impetrandum, prout insertae ipsius lre de-
 monstrabunt. Ne itaq; propugnaculum illud, ob no-
 ram aliquam in discrimen adducatur, quod quouis momen-
 to ab hoste imminere poterit. Rogamus ut uicinia Celsi &
 Magni V. memorato Capitaneo liceat, adhuc aliquot
 praesidiariorum nrorum recipere, ut Mati R. reliquisq;
 afflictae Prouinciae huius sola Arx, in qua non parum mo-
 menti, & nrae communisq; patriae ac Magni Ducatus Lith-
 uaniae salutis consistit, deo dante salua et inuoluntis con-
 seruetur. Ad quod ut Celsi & Magni V. pro presenti
 rerum statu, et ne qua mora nociua, benigne respondere dis-
 netur, etiam atq; etiam rogamus. Quas bene feliciterq;
 Valere cupimus. Datis Riga die V. Septembris A. 77.

Illris Celsi & Spect. Magni V.

Addictissimi &
 Obseruantissimi

Proconsul & Consules
 Ciuitatis Rigen



Handwritten text in a cursive script, possibly a date or a reference number, located below the wax seal.

Illustri Principi, Spectabilibus ac Magnificis Dominis
Dño Nicolao Radziwillen in Dübimick & Birzen Duci
Palatino Vilnen Magni Ducatus Lithuaniae Archican-
cellario, nec non ceteris eiusdem Magni Ducatus
Lithuaniae Proceribus, in Rakiskij presentibus.
Dominis et amicis nostris gratiosis.

